

5

Littera Sa^{ra} M^{ajestatis} ad Conventum
Regiomontanum.

Sigismundus 3. Dei gr^{atia} Rex Poloniae.

Magnifici Generosi & Nobiles Syn^{dici} & fideles nobis dilecti.
Pro ea sollicitudine qua semper uti consuevimus ad commoda
subditorum nostro dilecto Domino in terris Ducalis Prussiae
tueri et augenda faciendum nobis iuximus ut antequam possessio
nem Ducatus Illmo. Dno Georgio Wilhelmo Marchioni Branden-
burgico S. R. Imperij Archicamerario et Electori in Prussia Ste-
tini Pomeraniae Cassuborum Vandalorumq; Duci seceremus lega-
tos et Commissarios nostros ad Illmum Electorem & Ordines
Ducatus ablegaremus qui & de presenti statu Ducatus cognoscant
& ea omnia optimo consilio constituent, qua ex re Ordinem &
statu Ducatus esse videbunt. Quare postquam designassemus
Commissarios nostros Gnesos Lucam Sieradzowsky Castellanus
Landensem Venerabilem Christophorum Carolum de Radzanow
Miszowsky Archidiaconum Plocei Majoris Cancellarius Regen-
tem Jacobum Sezopansky Succamerarium Culmen Grandentien
Miracovien Capitaneam Camera nostra Cubicularium et Ste-
phanum Sadowsky Secretarios nostros Syn^{dici} et Fidel. Viris
nostram in eo aperimus voluntatem eisq; mandamus ut Con-
ventus in Ducatu Prussiae indicant intra duas septimanas
generalem vero Conventum pro die prima Mensis Martij sive
Regiomonti si a contagione pestilentiae libera non est civitas
sive Bartholomaei prout ipsis videbitur publicent in quo Or-
dines & nostra excipiant mandata & qua cognitioni Commissa-
riorum nostrorum proponenda existimabunt in medium afferant

atq; ipsis Commissarijs nostris tanquam nobismet ipsis debitam
reddent observantiam: seris etiam adhortantur et promo-
uebunt Ordines ne in ijs Conventib; quocumq; praterquam ex
mente pactorum tractetur, maxime vero ne, sessiones & factio-
nes excitentur. Faciant id omne debita diligentia & fidei
Sinc. & Fidel. Vra nostraq; voluntati, suam accommodabunt ste-
firmo. Jam autem Sinc. et Fidel. Vras bene valere cupimus
nostramq; eis, deferimus gratiam. Data Varsovia. 29. Januarij
anno Domini 1627. Regnorum nostrorum Polonia. 34. Sueciae 27
anno.

Sigismundus. Rex.

Littera Sa. Sa. Altis pro assignandis Germano
militi lustrationum locis in Borussia.

Sigismundus 3. Dei gra. Rex Poloniae

Magnifici, Generosi, & Nobiles Sinc. & Fidel. nobis Illust.
Sanc. quam nobis et Editionib; nostris vim inferre parat Turcijs
Tyranij, quanto studio et contentione ab omnib; Imperio nostro
subiectis populis propulsari paretur, non latet Sinc. et Fidel.
Vras, atq; cum et Prussiae Ducatus in eodem corpore Reipubl.
contineatur, quando et ad eum communium populorum metus in
communi nostro periculo pertinet, ad eum etiam communis toti;
Reipubl. Regni, nostra salutis studium & cura pertinere debet
nec ea onera & subditos directos nostros in Ducatu Prus.
subterfugere debere, quib; ferendis & Prussia nobis incedit
subiectae populi subiacent, aequitatis plena ratio videbitur,
maxime cum exitialis plane & gravissimi belli à cervicib;